

quam omnes sibi merito adscribunt, non erit autem nisi coram Deo, cum quo perfidos esse, nihilque probitatis habere gloria sibi quilibet vertit. Si quis in mundo alicui ex ima plebe id faceret, quod peccator erga Deum, vita haberetur indignus, & nemo illum dignaretur adscribere. Heu! turpis est ignavia creatura datam non prestare fidem, & sextenti gloria sibi vertent, datam Deo fidem infringere? Specimen sermonum pro tertia Quadragesima Dominica.

Optima, ne recidas, diligantia est sibi met ipsi sovialare.

Quomodo ultra in peccatis non relabi possimus.

Recidiva in peccatum vitabilem ostendit, vitium justitiae, arguet contemptum.

sumus, non timeri Deum ab illo, qui eundem laedere non cessat: ubi metus nullus, emendatio proinde nulla; Tertullianus lib. de Penit. c. 2. ait. Liber qui inscribitur: Remarques sur divers sujets de morale, &c.

Rationes eadem, quae peccatorem ad praeteritum criminum penitentiam agendam impellunt, illum prohibere quoque debent, ne recentia committat peccata, eumque tantum ob innocentiam tuendam cautum efficere, quantum dolet amissa. Inter duas haec sententias justa adest proportio, nexuseque necessarius: horror injuriae, quae Deo potest inferri, aquare debet dolore injuriae, quae eidem illata est; vel horror hic, & dolor uterque mendaces sunt. Fidei veritates non mutantur; & si penitentia nostra secundum has veritates est dirigenda, penitentia nostra confirmare debet, & propositum, quod nos a Dei offensioe removet, & dolorem, qui efficit, ut eam detestemur. Cur in hac mentem venisti, ut a Deo inobedientiae tuae veniam expeteres? Cur illam damnas? Cum haec adeo sincerum, & acrem dolorem parit? Quia lassisti Deum infinite amabilem, cui debes, quidquid es; quia illius metus justitiam; quia unicum mortale peccatum te in aeternum perdere potest; quia omnia adminicula, quorum ope resurgere potes ex eo malo, in quod peccans te praecipitem dedisti, incerta sunt; quia gravia pericula, quae subsistit, tibi adhuc impendunt, atque semper impositum illinc elabi tibi erit difficilium. Haec sunt veritates, quae te moventur; haec vim suam amittunt nequeunt; immutabiles sunt, atque certissimae: inde igitur sequitur, quod eadem revocare in mentem factis est, ut tantum fidelis sis in officiis tuis obediens, quantum infidelis fuisse te penitet. Idem.

Habitus non sine magnis difficultatibus corrigitur; objectum quod placet, facile eam, cui placet excitat cupiditatem: non opinata occasio consilium, propositumque concutit; vis dia sibi illata virtutem ipsam labefadant; peccati etiam tunc potest, cum peccasse nos bona fide penitet; nihil exaggeramus. Verum enim vero sine ulla simulatione dici mihi, utrum verisimile sit innocuum ducendi vitam inquit consilium, qui facile esse innocentem desinit, qui intra modicum temporis intervallum obliviscitur doloris, peccati, propositi, ut iterum peccet? Quomodo namque idem alio adeo in anima imprae se tam cito deleri possunt? Quomodo metus mali, quod adeo perhorrescimus, adeo facile evanescit? Quomodo imago tot argumentorum terroris, & vigilantiae, quomodo imago tot circumstantiarum, quae rationem, fidem, conscientiam effugerant; repente ferine dissipantur, quin eorum ratio vix, & ne vix quidem habeatur. Quamnam probabilitatis adest species, voluntatem, quae adeo molestis conatibus suam recipit libertatem, adeo tranquille ad sua vincula rediret Spiritum, cui tot argumentis persuasum fuit de periculo errore suo, adhuc errare, quali nihil cogitaret, nihil praedidisset, nihil damnaisset? Penitens sese humiliat, contremiscit, plorat ante thronum justitiae Dei, sextentis protestationibus se non amplius peccatorem pollicetur, atque pra dolore ante divinae misericordiae tribunal contabescit, nihil intentatum relinquit, ut abolvatur. At ubi peccati detestandi tempus elapsum est, omnes isti diversi motus extinguuntur, ac per recens peccatum jam alii similes preparantur. Idem.

Ubi peccator lenit, & mendacem fuisse penitentiam, quam se egisse putat, & fallacem esse veniam, quam se consecutum arbitratur, satis esse se interrogare, quid naturaliter hac verba significant, Penitentia, & Venia. Quis enim intelligere potest, aliquem illius penitere facti, quod facere perleverat? atque illius facti veniam obtinere, cui iterum peccati praestitio est? Peccatorem, qui semper injuria afficitur, numquid veniam concedit ad unum peccatum, & attentius harum locutionum sibi locum facere velit, se peccatum esse eorum vinculum, quae nunquam infringit? Oblivioni traditam fuisse injuriam, de qua conquerendi adhuc superest locus? Prima idea, quam penitentia in mente ciet, est cessatio ab iis rebus, quae eandem pepererunt: prima impressio, quam in nobis excitat venia, praecedit ex cessatione injuriae, quae illata fuit. Idem.

Per recidivam in scelus Spiritu sancto affertur injuria, quae illum alligere potest, nisi immutabile sit.

Rationes eadem, quae peccatorem impellunt ut in secula penitet, peccatori, prohibere etiam debent ne resurus peccet.

Indicium est sepe cogitare, ut deus nobis conferat gratiam, condonemur, si in scelus idem relabimur.

Inconscientia peccatoris facile relabit illum penitentiam gratiam non perceptibile.

Peccatum per recidivam fit immedicabile.

Contumelia Dei illata per recidivam in peccatum.

lis esset naturae. Hoc exprimit S. Paulus dicens ad Hebr. 10. Spiritui gratiae contumeliam fieri. Per gratiam remissionis peccatorum participes facti sunt Spiritus sancti; per peccatum vero contumeliose repellimus hunc gratiae, & bonitatis spiritum, qui scelera nostra deleverat. Peccatores, qui Baptismum suum violaverunt, ulterius, ut S. Pauli sententia, progrediuntur iterum crucifigunt, atque Dei filium conculcant, pollunt sanguinem testamenti ipsius, per quem sanctificati fuerunt, & Judaeorum instar passiones ejus vertunt in ludibrium. Sed Judaei illum non cognoscebant, & si cognovissent, numquam gloriae dominum crucifixissent. Nos vero, qui illum cognoscimus, qui in nomine ipsius sacro abluti sumus baptismate, sed qui post amissam gratiam, per penitentiam iterum adepti sumus, qui toties sacrum Corpus accepimus, omnia sacramenta violavimus, Baptismum, Penitentiam, Eucharistiam, atque Dei filium scientes, volentem indigni accepimus, quam qui illum ignorabant, quodnam suppliciorum augmentum per ingratitude in caput nostrum convertimus? Bossuet Melensis Episcopus in libello de Jubileo.

Temeritas est sperare fore, ut deus nobis conferat gratiam, condonemur, si in scelus idem relabimur.

Indicium est sepe cogitare, ut deus nobis conferat gratiam, condonemur, si in scelus idem relabimur.

Inconscientia peccatoris facile relabit illum penitentiam gratiam non perceptibile.

Peccatum per recidivam fit immedicabile.

Contumelia Dei illata per recidivam in peccatum.

Putaverunt, & corruptae sunt cicatrices mear. Psal. 37. Abbas du Jarry tom. 1. sermorum, sermone Quinquagesimo.

Illi, Tertullianus ait, qui ex naufragio evaserunt, fere nolunt amplius navem conscendere, neque vitam suam maris infidelitati obicere: vel levissimo terrentur periculo, & gratiam, quam receperunt, perpetua colunt memoria ejus calamitatis, ex qua liberati sunt: Dei beneficium, salutem scilicet suam, memoria periculi honorant. Vos autem, quos Deus ex longe funesto eruit naufragio, rursus volmet ipsis obijcitis periculis; hoc indicio est, hocci a vobis fieri gratiam, quam estis consecuti. Laudandus est timor, & rationabilis diffidentia eorum, qui ex naufragio incolentes evaserunt, nolentes ultra graves esse divinae misericordiae, ut Pater hic loquitur, neque aut iterum periculum facere ejus rei, quam formidare inceperunt. Vos autem miseri, neque peccata vestra perhorrescitis, neque adeo aperta mentibus pericula, quasi nunquam vobis esset moriendum, vel quasi post iteratos lapsus divina misericordia, cui adeo frequenter oneri fuisistis, vobiscensanter brachium tendere debet. Jobi propositione pro tertia Quadragesima Dominica.

Hicse relapsis peccatoribus, qui quotannis cum Deo in gratiam redire conantur, ubi Pauciales imminet tertia, & pacem petere volunt toties per summum nefas violatam, nonne illud ipsum respondere possumus, quod olim quidam Romae Senator populus, qui legatos miserant, pacem, quam bis fregerant, exoratur? Liceat per vos mihi hoc ex prolixa historia delibare factum, cuius proflus sancta erit applicatio. Quid? pacem petitis, Romani dixerunt, & vos illam adeo solemniter jurata periregissis? Aliofne Deos habetis, per quos jurare possitis, alias habetis victimas, quarum cruore pro vestra fide spondere possit? Hoc ipsum dico tibi, Auditor charissime, qui periregissis pacem, & sedas amoris, quod cum Deo ad aras percussuras? Altamne victimam habes, curas languine reconciliationem efficere valeas? aliud habes nomen, per quod jurare possis? Haudita sane; nullum habes. Quem autem sistere potes vadem eorum, quae in tempus futurum polliceris? Sermo manuscriptor.

Quid? Scelera tua in diem usque penitentiae tuae produxisti? Momentum, quod scelus tuum praecessit, adeo prope subsecutum est penitentiam tuam, ut inter utrumque vix diei unius intervallum invenitur. Post hac miram ne decet esse, si ubi solemniter desistere, te tui trahant auctus, studia omnia resorecant, familiaritates, quae suspitione non vacabant, iterum incipiunt, spectacula ut olim instaurant? Videtur quidem nihil impetus diminutum fuisse cupiditatis tuis; haec nequaquam infirmata, atque omnia studia tua eadem semper futura videntur. Hac non est infans praedictio; millies experti estis; lapsus tui momentum pone subsecutum est illud justificationis tuae: haec ferres cupiditatum vix intercessa, hac horrida virtutum, vitiorumque, sancti, profanique permixtio totidem sunt testimonia, tibi nunquam verum peccatorum tuorum dolorem fuisse.

Putant satis esse, lethali peccato mortem intulisse aliqua penitentiae specie; non metuunt ultra sese deinceps periculo obicere; periculose dulcedinis illecebra capti iterum eandem neclunt familiaritates, iterum sese mundi commercio impediunt, male sopitas excitant cupiditates, ac repente odisse cessant luxum, vanitatem, & mundanas voluptates, contra quas horrorem aliquem concepisse videntur. Hoc pacto sensim mundum versus redeunt, & quam primum amare incipiunt ea, quae reliquerant. Hoc pacto homo, qui conversus videbatur, sensum laxatur, primos recipit habitus, & cae amoris proprii impulsus sequitur. Ex sermonibus editis sub nomine P. Bourdaloue.

Mundana mulier abdicat quidem nitidiores mundi pompas, corruptiores consuetudines, ludi amorem, exempli gratia; verum adhuc luxum non odit omnino, mundo displicere timet, neque vult adhuc illi bellum indicere. Turpis circumspicendum timida devotionis; turpes reliquiae peccati vos estis proximae recidivae causa. Placet primum vanitatis insignia gestare, mundi existimationem sibi conciliare vult, paulatim in coetus, & societates se trahi patitur, & post hac super videns se per sextentas vias, quae sentiuntur quidem, revocatam. Vt nobis? Cur ingentia tantum

Sepe frustra cum Deo recitamus pacem adeo saepe violatam.

Recidiva indicio est, nunquam penitentiae peccatoris.

Sensum relabimur in vicia, quae reliqueramus.





vi peccatoris character, qui iterum crucifigit Jesum Christum, eumque vertit in opprobrium: Rursum crucifigentes sibi ipsi Filium Dei, & ostentui habentes. Ibidem.

Quanto do-lore confici debemus quod totius Dei gratia sumus abusi.

Stupor ille, in quo sumus, numquid effectus est illius cecitatis, quam parit iteratus in crimina lapsus, & quae efficit, ut peccatorum conversio moraliter impossibilis fiat? Quid de me fieret? Suis finibus circumscripta patientia potuissetne me sustinere? Quoties tibi occasionem praebui, ut traderes me in reprobam sententiam? Hoc tamen facere noluit, sed expectasti me, & me coegisti, ut ad te reverterer; & licet toties tibi infidelis extiterim, adhuc mihi exhibes gratiam tuam, ut educas me de scelerum meorum abyssu. Agnosco infidelitatis meae causam, quia nimis confidens in viribus meis, memet ipsum obijeci occasionibus laedendi te. Itaque statim, ex hoc ipso temporis momento abrenuntio lectioni librorum, necessitudinibus, societatibus, colloquiis, quae effecerunt, ut in eadem laborer peccata, a quibus me longissime recessurum decreveram, in praxim redigere volo consilia omnia, quae mihi suppeditata sunt ad evellendum inveniatis habitus, quorum vim in dies singulos sentio convalescere. Christianae Considerationes.

Quam nobis metuendus sit lapsus in eadem sectam, & quare.

Potquam daemon ex corde nostro ejectus fuit, illud adhuc tamen considerat tamquam locum, in quem jus aliquod habet, propter diuturnam, quam ibi fecit, mansionem. Hinc ille delectum, ut ita dicam, habet; novaque colligit vires iterum in illius possessionem reverfurus. Assumit itaque se cum septem spiritibus nequiores se, dicit Salvator, ac rursus arcem hanc obsidione sepius, cui jam dominabatur; & nisi summa usi fuerimus diligentia, illic ingreditur, fit fortior, pluresque ibi exciatis clades, quam cum primum ingressus est, summaque imperium ita confirmat, ut vix inde valeat propelli. Hinc Dei Filius ait, Satanae reditum in calamitosam hanc animam longe deteriorem futurum, quam cum illam primum occupavit: Et sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Hinc intelligere possumus, quanti nostra interit Dei gratiam semel acquisitam tueri. Hoc proculdubio docere nos voluit Apostolus, cum ait: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & prolapsi sunt, renovari ad poenitentiam. Non quod salus illius, qui in priora scelera reverfus est, omnino, & absolute sit impossibilis, sed quod moraliter fieri nequit, ut hic ex summo hoc statu emergat, cum nolit proficere ex gratia, quam antea Deus illi concesserat. Quod sane efficere debet, ne acceptas gratias negligamus veriti, ne Deus illas alia vice largiatur, saepe ad alios transferat, qui eas in utum meliorem convertant. Auctor recens.

Quam sint causa, quae nos a recidiva detrahunt deterere.

Non animi grati ratio, sed utilitas nostra nobis suadere debet, ut recidivam cane pejus, & angue evitemus; semper enim secundum scelus gravius est priore, & tertium altero: ideoque graviori poena puniendum est. Quo major vobis venia conce-

sa est, eo minus meremini, ut vobis parcatur. Nihil magis Dei justitiam irritat, nil magis fontem miserationum exhaurit, quam haec beneficiorum ejus oblivio, quam altera haec resurrectiones, & mortes, poenitentiae, atque peccata. Ad id igitur serio animum advertite; nulla fortasse in morali Christiana veritas est majoris momenti; hac imple, Deus, mentem, & cor meum, & ne permittas, ut cum tandem gratiam suam reparavero, illam unquam amittam. Moralis Novi Testamenti Patris la Neuville, Tomo 1.

Cur tot gratia motibus non afficeris, & conscientiae tuae stimulis non perturbaris? Cur nullis modo scrupulis, aculeisque agitaris? Cur in gravioribus sceleribus nihil est, quod te deterreat? Cur in ipsa abyssi ora dormitas? Unde nam funesta haec proficitur constantia? Heu! ne acceptum hoc referas nisi lapsibus tuis repetitis adeo frequentibus, gravibusque. Centies Deo aeternam jurasti fidelitatem; sed ubi minima adfuit occasio, ad primum statim hostium congressum arma abiecasti, & pro nihilo habuisti omnes protestationes tuas; recens, & in arena in eorum partes transilisti; ecce quid Deum tuum irritat. Prima, dicebat Pater quidam, scelerata ex infirmitate, atque ignorantia tua proficebantur. Secunda non nisi ex imprudentia tua oboriri potuere; tertia vero unice effecta sunt tua nequitia, & improbitate, quae ut plurimum ad excitationem adducit, Tristis status, unde numquam emerges, quia emergere numquam voles, vel quia illum non cognoscas, vel quia in amore illius mordicis perfidias, etiam si illum cognoveris. Deus unus vi omnipotentis brachii sui posset te illic educere, at sperandumne sibi est, hoc illum facturum? Nequaquam, & secundum communis Providentiae consuetudinem numquam particeps fies gratiarum elestarum, & merx praedilectionis. Hae nulli debentur; sed recidivae peccatorum illis vel minime parem, vel nimis indignum efficiunt. Idem Tomo 4.

Frequentes recidivae efficiunt, ut peccator gratia motibus non afficiatur.

Dei patientia infinita est; alioquin jam pridem ad finem pervenisset, ac mundum iniquitatibus ejusdem tradidisset. Nec minor requiritur bonitas, quam sua, ne lapsibus, & recidivis peccatorum fatigetur: qui non solum non proficiunt ex ea suavitate, qua eorum tolerat flagitia, verum etiam in ipsa impunitate rationes inveniunt, propter quas in eadem recurrant. Deus, qui non delectatur in perditionibus nostris, producit mortaliu dies, ut alii quidem per sinceram conversionem ex suis emergant iniquitatibus, alii vero a mediocri virtute ad sublimiorem ascendant; ne primos quidem in suis iniquitatibus obuentes, alios vero decedentes non ita virtutibus ornatos, ut Deus exultet, illos quidem damnet, quippe nihil nisi malum habentes, hos vero non fecit, quippe non habentes totam bonum illud, quod habere deberent juxta illa Spiritus Sancti verba. Non invenio opera tua plena coram Domino. Ex regula Sancti Benedicti, Tomo 1.

Quanta sit Dei patientia.

Idem.

Idem.

REGULARITAS.

Vita ordinata. Ordo, ac Systema vitae, a singulis pro statu suo servandum. Diligentia in eodem tuendo, &c.

MONITUM.

Per hoc Regularitatis, ordinataque vitae vocabulum non intelligimus hoc in loco verba facere de vita ad virtutem composita, & exemplari probitate, quae morum improbitati, & nequitiae adversatur: sed hoc nomine vitae regulam, ordinemque indigitamus, quem Christiani fidei praescribere, ac diligentissime observare pro viribus debet, ut singula temporibus suis exequatur, nihilque eorum omittat, quae ad statum, & conditionis suae spectant officia; quod ubi desit, sortuito, ex libidine, non ex regula, sine modo, exlex, & abnormis vita vaducitur. Argumentum hoc licet non adeo sit obvium, non ideo tamen minus est utile; etenim ad hoc ut christiano viro dignam vitam vivam, vivendum est ex regula, utque ex regula vivas, actiones dirigenda sunt, alioquin nequaquam viros, non solum ut fidelem, sed neque ut rationabilem hominem deceat, qui, ut se ipsum

sum in negotiis, officisque suis regat, ordinem in illis debet constituere, & nihil nisi ex ratione operari. Fatendum est tamen, ut argumentum hoc vite pertractetur, plurima opus esse praecavione, ne alia committantur argumenta, quorum alia quidem supponimus, qualia sunt intentio, cause supernaturales, gratiae status, in quo esse debemus, aliaeque circumstantiae ad id necessariae, ut actio bona fit, aeternaque remuneratione digna: alia vero, quae aliquam habent cum hoc argumento rationem, non nisi obiter attingenda sunt, nisi tamquam probationes asserantur, vel concionis partem non constituant, qualia sunt bonus temporis usus, otii fuga, obedientia, charitas proximi, aliaeque id genus, quae integros sermones exquirunt, & de quibus singulatim suis locis egimus.

Cavendum est quoque, ne argumentum hoc concionatorio more tractantes descendamus ad minutam actionum dici totius enumerationem, & ne latius verba fiant de earum recte proficiendarum ratione, ne sermo repere, atque in catechismum degenerare videatur: sed haece rebus omnibus suppositis unice immorabimur in ordine, quem nobismet ipsi praescribere debemus, & diligentia, qua ille servandus est, necnon vigilantia, atque attentione adhibenda.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum hujus Argumenti Structura.

I. IN hoc Sapientiae verba: Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, Sap. 10. animus fert offendere. 1. Constantem regularitatem, assiduumque diligentiam in officio servandis religionis, status, muneris, & conditionis, ad quam nos Providentia evocavit, certissimum esse indicium, nos a Dei Spiritu in via salutis deduci. 2. Hanc in omnibus officiis diligentiam tutissimam, facillimamque esse viam ad eum finem assequendum, cui nos Deus destinavit, qui salus est, & aeterna felicitas.

Primum dico, characterem magis apertum, quo Dei spiritus a quovis alio spiritu distinguitur, esse regularitatem, videlicet fidelem, constantemque diligentiam in omnibus officiis vitae illius, quam sumus amplexi. 1. Ratio desumitur ex S. Augustino testante, Deum in omnibus operibus suis ordinem amare, & hanc veluti legem irrogasse sibi, illum, quem sibi sive in natura, sive in gratia praescripserat, fideliter, seduloque servandi; ita ut, addit ille, ordo non adhaerit ad Deum, & sine ordine nemo ad ipsum pervenire possit, qui finis est, quo semper spectare debemus. Hinc sequitur, si Dei spiritus nos ad eum, quem sumus amplexi, statum vocavit, eundem quoque spirituum hujus munera obunda impellere. Cum enim res per eadem ferventur principia, per quae esse inciperent, quomodo non melius judicare possumus, nos Dei spiritui agere in eadem via, quam nobis sequendam proposuit, quam ex perfecta, constantique omnium officiorum nostrorum observantia. 2. Ad haec in hac infirmitate, atque inconstantia, qua bonum sequimur, & in hac ingenii nostri proclivitate, qua in malum tendimus, ratio sola non satis recta est, ut omnes actus nostros dirigat, ac sit christiane, & regularis vite principium. Dicendum igitur est, hunc esse Dei spiritum, videlicet desiderium eidem placendi, voluntatem ejus faciendi, & gratiam vocationi in hoc statu inherentem. Alioquin enim bonum ex mera libidine, & sortuito fieret, & hoc ipsum bonum non esset diuturnum. Rerum nostrarum sollicitudo inficiet, ut oblivioni tradamus exercitia pietatis; in ea vite, ratione, ubi quolibet inordinatum est, atque importune factum, nulla videtur regula, nulla uniformitas. 3. Docet experientia ea omnia, quae violenta sunt, nequaquam esse posse diuturna, sed sensim, & sine sensu remitti, laxaque, nisi externa ope aliqua recreetur. Violentum sane est pro Deo sese constanti regulae subijcere, quae nostram torquet libertatem, quae suo ingenio quidquid, a quo cogitur, odit, & execratur. Ubi fidelis exemplari probitate ne latum quidem, ut aunt, unquam recedit ab ordine, quem ipsi sibi semel praescripsit, & quem saluti suae necessarium judicavit, neque humana quolibet ratio illum dimovere potest, nonne interendum est, eundem spiritum, quo actus hanc sibi legem irrogavit, hanc etiam inspirare constantiam, & fidelitatem in eadem servanda? E contra vero ubi nulli sese subicere valeat regula, ut fideliter status, ac religionis suae muneribus perfungatur, indicio muneris servituti Dei jugum excussum iri; illum sese ab eis omnibus, quae in christiana religione sunt molesta, dispensaturum, sibi que traditum caetera in omnia sese traditurum flagitia.

praescribere, qua sedulo omnibus status nostri, ac religionis muneribus perfungi possimus, viam esse tutiorem, ac faciliorem, ut ad eum perveniamus finem, ad quem nobis contendendum est, aeternam videlicet felicitatem: Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, Sap. 10. 1. Haec rectior, tutiorque via est, neque alia requiritur ratio, quam scire, hanc illam esse, quam Deus ipse nobis descripsit; quoadmodum enim supernaturalis ejus providentia late ad omnes homines singulatim extenditur, ita illos ad eum evocat statum, ubi videt, eos tutius salutem suam esse operaturos, ubi pauciores scopulos, ac minora pericula offendunt; & quoniam haec ipsius voluntas est, quod in hoc statu vivamus, credere etiam debemus, nos hoc pacto semper voluntatem illius perfecturos, quae est, nos omnibus eidem inherentibus officiis rite perfungi. 2. Haec facillior via est, & per quam minori cum difficultate progredi, & ambulare possumus: hic enim status est, & conditio, quam ipsi elegimus, tamquam ingenio, & studiis nostris magis conformem. Tandem enim si in omnibus artibus, ac scientiis, via perfectionis quamprimum acquirenda haec est, ordinem sequi, tutaque habere regulas, quae illic adducant quia hac arte plurimum labori parcimus, & compendiosa via ad optatum finem pervenimus: hoc ipsum de Sanctitate dicendum est, quae simul, & scientia Coeli est, & via, quae illic adducit. Ut autem via haec facillior, breviorque reddatur, facit est omnes vitae actiones, eas etiam, quae communes sunt, in ordinem redigere; tunc nulla nos res morabitur, habitus omnes difficultates explicabit, ac facile nobis praebit, quidquid antea arduum, difficillimumque videbatur. 3. Regularis haec diligentia adhuc utilis est; per hanc enim efficere possumus, ut actiones omnes nobis accesserint ad caelum, ac infinitam meritorum copiam acquirendam &c. Desumptum ex sermone hujus argumenti ex Auctore sermonum in omnia Ethica christiana argumenta, tom. 3. argumentorum particularium.

Ostendi potest, ut christiana vita ducatur, necessario ordinatam vitam esse ducendam. 1. Ad evitanda inordinatae vitae mala, quae sunt otium, temporis iactura, negligentia eorum, quae ad pietatem pertinent, omissiones in iis, quae in nostro munere, ac statu potissima habentur; quod certe accidit, cum temere, ex libidine, ac ingenio mere operamur. 2. Quoniam regenda sint, & quomodo, videlicet tempus pietatis exercitationibus, ac vitae civilis officiis, rei domesticae, ac naturae necessitatibus, cujusmodi sunt requies, refectio, solatia, impendendum. 3. Utilitates, quae ex hoc sapienter regimine percipiuntur. Certi sumus nos rebus in omnibus Dei voluntatem exsequi ejus status, in quo nos ille constituit, munera obuentes, innocens, & christiana vita ducitur; bonum illud fit, quod a nobis expectat Deus, cum summa officii fide omnia status nostri, religionis, & conditionis munera obimus.

1. Ostendere, constantem in omnibus status, & religionis suae muneribus regularitatem veram esse, solidamque Christiani vitae civilis officii irretiti devotionem, ac notam, ex qua qui vere virtute praeditus est, possit dignosci. 2. Omnes actiones suas moderari, omniaque ex ordine, & quodcumque suo loco, & tempore operari ratio est, qua fieri potest, ne aliquid in virtute difficile videatur.